



kat.komp.

15042

III Mag. St. Dr.

P

3822 *Pravos.*

*E Kart Joannis: Quaestio invidiam de potestate summi  
Pontificis.*

Q

D  
Ad L

Q

Q

Q

PE

M

Q

I. V.

Q

Q

Q

M.

M.

M.

Q

Q

Q

Q

Q

Q

Q

Q

Q

Q

Q

Q

†  
In Nomine Domini Amen.

# QVÆSTIO IVRIDICA

De potestate Summi Pontificis.

*Ad Extrauag: com: Vnam Sanctam: De Maiorit: & obed:  
& Extrauag: Quia quorundam. Ioan. XXII. De U. S.*

C V M

*In frequentissima Magnorum Hospitum Corona;*

P E R

*PERILLVSTREM. CLARISSIMVM. ET ADMODVM REVERENDVM DOMINVM*

**M. SEBASTIANVM  
PISKORSKI,**

*I. V. Doctorem, & Profess: Ecclesiarum Collegiatarum, Crac: ad Omnes  
SS. Archidiaconũ, Velunen: Canonicum, Inclytæ Facultatis Iuridicæ*

**PROCANCELLARIVM.**

*Clarissimi, & Admodum Reuerendi Domini Iurisutriusq; Professores,  
Collegæ Domus Iuridicæ,*

*M. ANDREAS KRVPECKI, Collegiat: SS. Omnium, Crac: Cancellarius.*

*M. IOANNES EKART, Ecclesia Colleg: SS. Omnium, Crac: Primicerius.*

*M. ADAMVS STYRKOWSKI, Ecclesia Collegiat: Tarnouiensis Primicerius.*

**Vtriusque Iuris Licentiati**

ritu solenni renuntiarentur.

*A supra nominato*

**M. IOANNE EKART, I. V. Professore.**

*In Collegio DD. Iureconsultorum Almæ Vniuersitatis Cracouiensis,*

*Anno Domini, M. DC. XCII. Die XVII. Ianuarij.*

**Publicè ad disputandum**

**PROPOSITA.**

**PERMISSV SVPERIORVM.**

**C R A C O V I Æ**

**Typis Francisci Cezary, S. R. M. Illustris: ac Rndis. Dni. Episcopi Crac: Ducis Seueriæ,  
Nec non Scholarum Nouod. Typogr.**

Illud Verbum, quo constructum  
est cælum & terra, per quod deni-  
que omnia condita sunt elementa,  
Romanam fundavit Ecclesiam; &  
Beato Petro æternæ vitæ Clauigero,  
terreni simul & cælestis imperij iu-  
ra commisit.

*Can. Omnes. Dist. 12.*



Beatissimo Patri

INNOCENTIO XII.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.



Raculorum in Orbe Christiano  
Sedem omnium maximam, ex  
cuius Sacro Tripode, arcanos my-  
steriorum fidei & iustitiæ sensus,  
ipsa Dei Increata, per os Apostolicum loqui-  
tur sapientia, dum profundissimo cultu vene-  
ror; Septemtrionalem vilis operæ atomum,  
supra omne terrenum fastigium erectis plantis  
Tuis, vnâ mecum subijcio. Beatissime Pater.  
Regum hîc Purpuræ & Coronæ, quidquid in  
sceptris, & Imperantium Trabeis augustum  
habent, submissè demittunt; omnisque celsitu-  
do humana tum demum se felicem existimat,  
cum se Apostolicæ potestati, Diuinas in terris  
vices tenenti, humiliter substernit. Quidni mi-  
nimo mihi, ad Solium hoc, vnico Dei Solio  
minus, prouoluto, in partem maximæ felici-  
tatis veniat; si tributarium hoc vectigal, offerri  
sibi à tantilla vmbra, tantæ lucis conspectus, &  
Maiestas permittat? Fateor quidem, vectigal  
hoc

hoc literatum infra dignitatem tantæ Maiesta-  
tis esse; sed cùm de Potestate Summi Pontifi-  
cis agat, mentem & fiduciam meam erigit: vt  
in oculis Sanctitatis vestræ, comparere possit,  
tantoque Nomini dicari; quod nunc cum Re-  
gni Cælestis Clauium Potestate, toti Christi-  
anitati præfulget. Nomen certè omnium sua-  
uissimum, quod innocentia dulcedinem, bo-  
nitatem, & clementiam sapit; quod vel ipsa re-  
cordatione sui non deterret, sed allicit; quod  
nunc Ecclesiæ Christi in deliciis est. Loquitur  
id sincerissimæ lætitiæ innubis facies, quam  
ex auspiciatissima Sanctitatis Vestræ in Pontifi-  
cem Maximum Inauguratione, Sponsa Chri-  
sti Ecclesia induit, & quamuis in medio bello-  
rum æstu posita, ceu inter placidissimas pacis  
Ethesias serenauit. Quid enim Innocentia  
in Vaticano fastigio Orbi præsidens, ab au-  
reo & innocenti seculo ductum non spondeat?  
cuius cor, & affectum, Paterna Sanctitatis Ve-  
stræ erga omnes expansa viscera, in amorem  
tantæ bonitatis non euiscerent? virtutum profe-  
ctò omnium & meritorum summitas, ad hoc  
supremum Sedis Apostolicæ culmen Sanctita-  
tem Vestram deduxit: sed illud incomparabile  
est, & dici pro dignitate sua inconcessum,  
quòd

quòd dulcedo illa clementissimi animi Sanctitatis Vestrae, & beata super egenos & pauperes Christi intelligentia effecit; quæ nunc tantò maior & angustior est, quantò eminentiùs sublimata. Sed cum id, supra omnes Panegyres positum sit, quod in Sanctitate Vestra magnitudine virtutis & honoris, Cælo vicinum surrexit; Sacrum eius Augustale intactum & illibatum, Maiestati suæ relinquo, cui dicendæ totus non sufficit Orbis. Mihi sufficit, si hæc de Potestate Summi Pontificis, pusilla Themidis Polonæ dissertatio, gratiam in oculis Sanctitatis Vestrae inueniat; quæ vel ideo quòd Polona sit, non dubitat in conspectum Sanctitatis Vestrae prodire: cuius aliquando mille gratiis & coronis dignissimo, in Legati Apostolici munere fruebatur conspectu. Submiserat tum Serenissimi olim Ioannis Casimiri triumphali folio, præfractam ceruicem suam iuncta sceleri Cosacico Moscua; cum procedenti contra eam Marti Sarmatico hæc ipsa Sanctitatis Vestrae manus benedixisset, quæ nunc in Vaticana Sede, vniuerso Christiano Orbi benedicit; atque vt manus hæc verè tonatilis aurea, plena Cælestium benedictionum hyacinthis, triumphis ex Othomanica potentia, & paci Christianorum Principum desideratissimæ

tissimæ diu & feliciter benedicat, Orbis totius voto; etiam Generalis schola Regni Poloni ad Sacros Diui Patriarchæ sui IOANNIS CANTII prouoluta Cineres, deuotissima suspiria iungit: quæ olim in partibus nostris, Sceptra sua literata Sanctitati Vestræ cum submisisset, incomparabilem eius gratiam & protectionem experta fuerat; & ex cuius gremio ego quoque minimus inter Iureconsultos Professor, id cælitus opto, vt secula omnia vincat, & de potestate tenebrarum gloriosè triumphet, Sanctitatis Vestræ suprema in orbe Christiano Potestas.

SANCTITATIS VESTRÆ.

*Exorator humillimus*

*Ioannes Ekart. V.I.P.*

Q V Æ S T I O  
I V R I D I C A.

V. Summus Pontifex in Ecclesia Militante Supremus DEI Vicarius, quibusuis Concilij maior; Legislator vniversalis, habens plenitudinē potestatis spiritualis: eandem etiam in temporalibus, supra omnes Principes Orbis Christiani exercere valeat?

C O N C L U S I O I.

Summus Pontifex in Ecclesia Militante est Supremus DEI Vicarius. ( a. )

*a. c. Quanto. De translatione Epi: glos: in c. Fundamenta. V. Homini. De elect: & electi potest: glos: in Præmio Clement: V. Papa. Leo IX. Epist. 1. c. 13. Leo X. Constit: 40. Concil: Constantien: contra art: 37. Vnicleff. & contra art: 12. Ioan: Hufs.*

C O R O L L A R I V M I.

VNa est Sancta Ecclesia Catholica, non ab Apostolis, nec ab aliqua Synodo; sed ab ipso Christo Domino Primatum habens: [b.] extra cuius

B

vnio-

unionem, nec Spiritus S. accipitur, (c.) nec ligandi. vel soluendi potestas obtinetur, (d.) nec verum Sacrificium Deo offertur; (e.) & quicumque volunt esse heredes Regni Cælestis, tenentur credere, ac tenere, quod ipsa infallibiliter credit, ac tenet. (f.)

b. alleg. Extr. Vnam sanctam: can. Quamuis: Dist: 21. can. Sacrosancta: Dist: 22. can. Nolite: Dist: 11. can. Omnes: Dist. 22. Anacletus Epist. 3. Iulius I. Epist: 1. Eugenius VII. Lib. 1. Epist. 31. Ioannes VIII. Epist: 199. & 251. Leo IX. Epist. 5. Concil. Nicænum 2. art. 2. Florentinum sess. ult: in Literis Unionis. Pius II. in Bulla Retractat:

c. can. Loquitur:

d. can. Omnibus:

e. can. Quia ex sola:

f. can. Rogamus. 24. Q. 4. Glos. in alleg. Extravag: Vnam Sanctam. & can. Quicumque. 24. Q. 1.

### C O R O L L A R I V M II.

Sicut in Ecclesia Triumphante vnus est Princeps supremus, nempe Deus, cui tota illa Ecclesia perfectissimè subijcitur; ita toti Ecclesiæ Militanti vnus præsidet Summus Pontifex; cui subesse, & obedire; est de necessitate salutis. (g.)

g. alleg. Extravag: Vnam Sanctam. ibidemq; Glossa U. Porrò & Glos. in Clement: Ad nostram. U. Ecclesiæ. De hæreticis.

### C O R O L L A R I V M III.

Electio Summi Pontificis fit per Cardinales, non per Principes Seculares, nec per populum. (h.)

Legi-

Legitimè Electus immediatè à Deo obtinet potestatem in totam Ecclesiam. (i.)

*b. can. In Nomine. Dist: 23. c. Fundamenta. De elect: in 6. Concil: Rom: sub. Nicolao II. cap. 2. & sub Symacho. cap. 2. Gregorius XV. Constit: Æterni Patris. can. Ludouicus. & can: Tibi Domino. Dist. 63.*

*i. alleg: Extrauag. Vnam Sanctam. c. Cum ex illo. ibidemq; Glos. V. Priuilegio. De translat: Epis: Pius II. in Bulla Retractationum.*

#### C O R O L L A R I V M IV.

Summus Pontifex nullum habet in terris superiorem, (k.) estq; visibile totius Ecclesiæ Caput, (l.) Episcopus Orbis, (m.) Ordinarius Ordinariorum, & Iudex omnium, Christi Tribunal gerens; [n] concurrens cum omnibus inferioribus Ordinarijs, & Administratoribus. (o.)

*k. can. In Nomine. Dist: 23. Glos. in c. Quoniam. V. Videbantur. De renuntiatione. Ioan. de Capistran: De auctoritate Papæ. §. 3. n. 66.*

*l. Pius V. in Bulla Retractat: Concil: Constantien: contra art. 27. Ioan. Huss.*

*m. glos. in c. Felicis. V. Priuata. De pænis. Nicolaus I. Epist: 6. Gregorius VII. Lib. 2. post Epist: 55. Sixtus I. Epist. 2. Vigilius Epist. 7. Pius II. in Bulla Retractat:*

*n. can. Fuit semper. can. Cuncta per mundum. can. Nunc verò. 9. Q. 8. can. Rogamus. 24. Q. 4. can. Conquestus. 9. Q. 3. can. Si Papa. Dist: 42. can. Aliorum. 9. Q. 3.*  
*o. Glos. in c. Quia nonnulli. Notab. 1. De Immunitate Eccl.*

## C O R O L L A R I V M V.

Quamuis Ecclesia, in Persona Petri obtinuerit ligandi & soluendi potestatem; (p.) eademque fungatur, quâ D. Petrus functus est: Papa tamen non est propriè Vicarius Petri; (q.) & auctoritas Papæ dicitur non tam humana, quàm potius Diuina; (r.) ratione cuius commune quid cum Deo, supra homines habet (s.)

p. can. *Quodcunq;*. 24. Q. 1.

q. *Glos. in c. Romani Principes: V. Vicarium. De iurejurando.*

r. *alleg. Extrauag. Vnam Sanctam.*

s. *Extrauag: c. Cum ex illo generali. Ibidemq; Glos. V. Priuilegia. De translatione Epif.*

## C O N C L V S I O II.

Summus Pontifex est quibusuis Concilijs maior. (t.)

t. can. *Concilia. Dist. 16. can. Nunc autem. Dist. 21. can. Nemo & can: Aliorum: 9. Q. 3. Alexander VIII. reprobauit contrariam sententiam Anno 1690. die 4. Aug.*

## C O R O L L A R I V M I.

Summus Pontifex habet plenum ius & potestatem Concilia generalia conuocandi, (u.) approbandi, (x.) iudicandi, transferendi (y.) & dissoluendi; (z.) quorum Decreta in tantum valent, & obligant, in quantum auctoritate S. Sedis Apostolicæ sunt approbata, & confirmata. [a.]

u. *Pelagius*

- u. Pelagius II. Epist: 8. Alexander III. Constit. Quoniam. Innocentius III. Constit. Vineam. Alexander VIII. anno 1690. 4. August.*  
*x. can. Synodum. can. Regula. & sequen: Dist. 17. can. Concilia. Dist: 16. Gelasius Epist: 13. Adrianus I. Epist. 1. & 2. Nicolaus IV. Epist. 7.*  
*y. Leo X. Constit: 20. quæ incipit. Pastor. 4. Calendas Ianuarij 1516. Barbossa in Collectaneis Bullarij sub lit: P. & Pius II. in Bulla Retractationum.*  
*a. alleg. can. Regula. & alijs. Dist. 17. Nicolaus I. Epist: 7. & 8. Gregorius I. Lib. 7. Epist. 70. Concilium Nicænum in Epist: ad Sylvestrum. Concil. Lateranen: sess: 11. Constit: Pater.*

### C O R O L L A R I V M II.

Quod Concilium Generale auctoritate Summi Pontificis conuocatum, hoc decernere potest solus Papa: [b.] qui in dubijs, & negotijs maioris momenti, à Concilio cum omni reuerentia consulendus; [c.] vt ea declaret, aut determinet, quæ Concilium declarare, aut decidere nequit. [d.]

- b. Felix III. in Concil Rom: 1. Epist. Synodali. Gregorius II. Epist. 12.*  
*c. can. Concilia. Dist: 17. Concil. Constantinopol: 4. cap. 21.*  
*d. can. Nec licuit. can. Multis. Dist: 17. can. De Concilijs. Dist: 18.*

### C O R O L L A R I V M III.

Definitio Concilij Generalis per Summum Pontificem confirmata, est infallibilis; [e.] ab omnibus recipienda, & inuiolabiliter obseruanda. [f.]

C

*e. can.*

e. can. Sicut Evangelij. Dist: 15. Leo X. Constit. Exurge. Concil: Senonen: cap: 3.

f. can. Si Sanctis. 25. Q. 1. Leo II. Epist: 2. Iulius I. Epist: 1. Agapitus: Epist. 6. Concil. Tolet: 3. cap: 22.

#### C O R O L L A R I V M IV.

Concilij etiam generalis Decreta iam confirmata, [si non sunt circa fidem] possunt à Summo Pontifice abrogari [g.] & corrigi ea, quæ in Concilio Tridentino circa mores & disciplinam Ecclesiasticam præscribuntur. [h.]

g. alleg: Extrauag. Ioan: XXII. Quia quorundam: Gelasius I. Epist. 13.

h. Concil: Trid: sess: 25. cap. 25. Dereformat.

#### C O R O L L A R I V M V.

Summus Pontifex à Concilio iudicari non potest; [i.] ipse verò Decreta à Concilijs malè lata retractat, [k.] à cuius sententia appellatio non currit ad Concilium; legitimè autē appellatio procedit à Concilio ad Papam [l.]

i. can. Nunc autem. Dist: 21. can. Si Papa. Dist: 40. Leo I. Constit: Omnem. Gregorius VII. Lib. 2. post Epist. 55.

k. Extrauag Ioan: XXII. Quia quorundam. De U. S. Innocentius I. Epist: 7. Gelasius I. Epist: 13. Constit: un: Pelagius II. Constit: Manifesto. Adrianus I. Epist: Decret: cap. 8.

l. can. Ad Romanum. can. Ideo. 2. Q. 6. Bulla Cænæ Dni: Paulus V. Constit. Pastoralis. Urbanus VIII. Constit. 62. Alexander VII. Constit: Pastoralis. anno 1656. die 13. Aprilis.

# CONCLUSIO III.

Summus Pontifex est Legislatoꝝ uniuer-  
falis. (m.)

m. alleg: *Extrauag: Unam Sanctam.* & *Extrauag: Ioan: XXII. Quia quorundam.* ibiq; *Glos: V. Generalem potestatem.* & *V. Vniuersalis. De. V. S.*

## COROLLARIUM I.

Papa, summus in terris, Princeps [n.] Iure humano solutus; [o.] potest nouos Canones & Leges condere, [p.] ac Decreta ferre ex persona omniũ, [q.] obligantia omnes: [r.] quæ si quis contempserit, incurrit excommunicationem; [s.] qui verò non seruauerit Constitutionem Papæ, credens, quòdeam facere non potuerit, hæreticus est censendus. [t.]

n. alleg. *Extrauagante. Unam Sanctam.*

o. can. *Cuncta per mundum.* 9. Q. 3. can. *Suscipitis.* Dist: 10.

p. can. *Sunt quidam.* 25. Q. 1. c. *Translato.* De *Constit: Extrauag: Ad conditorem.* Ioan. XXII. De *V. S. Gregorius VII. Lib: 2. post. Epist: 55. & 67.*

q. *Felix III. in Concil. Rom. 1. Epist: Synodali.* *Gregorius II. Epist: 12.*

r. can. *Sic omnes.* can. *Enimuerò* Dist: 19. can. *Confidimus.* can. *Nulli.* 25. Q. 1. can. *Amputato.* & can. *Institutionis.* 25. Q. 2. c. 1. & vlt: *De Constit: Glos: in d. Extrauag: Ioan: XXII. V. Vniuersaliter.*

s. can. *Si quis Dogmata.* can. *Generali.* 25. Q. 2. can. *Si Decreta.* Dist. 20. alleg: *Extrauag. Quia quorundam.* *Agapitus Epist. 1. Symachus Epist. 9. Ioan. III. Epist. un: in fine.* *Nicolaus I. Epist: 6. Concil: Constantien: contra art: 38. Vuicleff.*

t. *can. Violatores. 25. Q. 1.*

## C O R O L L A R I V M II.

Summus Pontifex, vt supremus Iudex, & vniuersalis Ecclesiæ Pastor, articulos Fidei, etiam sine Concilio statuere, (u.) ac interpretari potest, (x.) ac in definiendis ijs, quæ sunt fidei, infallibilẽ habet authoritatem; ita vt in publico fidei Iudicio, in Decretis morum, & circa canonizationem Sanctorum errare nequeat: (y.) sitquẽ fidei Regula inconcussa. (z.)

u. *Leo IX. Epist. 1. Leo X. Constit: Exurge.*

x. *can. Quoties. 24. Q. 1.*

y. *can. Ita Dominus. Dist: 19. c. Maiores. De Baptismo. Leo X. in Bulla condemnationis Lutheri. Barbossa Iuris Ecclesiastici vniuersi Lib: 1. De auct: & potest: Rom: Pontificis. cap. 2. n. 38. 40. & 41.*

z. *Leo II. Epist. 5. Hormisdas. Epist. 9. Agapitus Epist: 4. Vigilius Epist: 5. & 7.*

## C O R O L L A R I V M III.

Sententiæ Papæ standum est, etiam contra omnes; (a.) & nullus eam retractare valet, nisi à Summo Pontifice ita sit lata, vt immutari queat, [b.] aut ipse eam alteri commiserit retractandã, vel Successor eius, ex graui causa duxerit esse immutandam. (c.) Processus verò in causa per Papam auocata, ab inferiore factus est nullus. (d.)

a. *Glos. in can. In istis. Dist: 4. Iudicent.*

b. *can. Patet. cum sequen: 9. Q. 3.*

c. *can. Apostolicæ. & can. Sententia 35. Q. 9.*

d. *c. Ut nostra. De appell:*

C O R O L L A R I V M I V.

Summus Pontifex super Iure positivo plenā habens potestatem, (e.) quamvis Constitutione sua generali, tollere possit legem priorē directē contrariam, nullam de illa faciendo mentionem, (f.) Iuramentum speciali alterius, non censetur derogare in suis Constitutionibus & Rescriptis; nisi hoc ipsum exprimat. (g.)

e. c. Janotuit. ibiq; DD. De elect: c. Per venerabilem. Qui filij sint legitimi. c. Proposuit. De conces. Præb. Barbosa loco supra citat. n. 95.

f. c. 1. ibiq; Glos: De constit. in 6. Gonzales ad Regul: Cancell: Glos. 9. §. 1. n. 51.

g. can. Peruenit. II. Q. 1. can Si quis iam translatus. Q. 2. c. Quid verò. 25. Q. 2. c. Licet. De off: Ord. c. 1. De Const: in 6. c. Dilecto. De U. S. Glos: in c. Super eo. U. Jurisdictionis. De off: & potest: Iud. Deleg.

C O R O L L A R I V M V.

Constitutio Papæ, nec per consuetudinem contrariam, (h.) nec per præscriptionem, (i.) nec per contrarium usum, (k.) neque per non usum 40. annorum, (l.) sine eius scientia tollitur; & hoc ipso quòd sit promulgata, habetur pro usu recepta. (m.)

h. Nicolaus I. in Decret. Tit. De Rom: Pontif. c. 1. & 2.

i. } Decis: 197.

k. } Decis 221.

l. } Decis. 221.

m. } Decis. 197.

m. } Decis 213.

D CON-

## CONCLUSIO IV.

Summus Pontifex habet plenitudinem potestatis spiritualis. (n.)

*n. can. Cuncta per mundum. & can. Per principalem. 9. Q. 3. Glos: in alleg. Extrauag: Quia quorundam. V. Vniuersalis & V. Commisit.*

### COROLLARIUM I.

Papa duplicem habet clauem cognoscendi & definiendi, vtraque indigens ad statuendum Decreta fidei & morum (o.)

*o. alleg. Extrauag: Quia quorundam.*

### COROLLARIUM II.

Liberum est Summo Pontifici supra Ius positivum humanum dispensare; (p.) & Prædecessorum suorum Decreta, de fide non disponentia, immutare: (q.) nec non declarare in aliquo casu cessare obligationem Legis Diuinæ; [r.] ex iusta causa.

*p. c. Proposuit. ibique Glos. V. Supra Ius. & DD. De concess. Præb: Rota Decis: 687.*

*q. Glos. in c. Vbi periculum. V. Concilium. De elect: in 6. can. Decessorum. 25. Q. 2. can. Quod quis. can. Veniam. & can. Sententiam. 35. Q. 9. glos. in c. 11. V. Casus. De Renuntiatione.*

*r. c. Cum ad Monasterium. De statu Monachorum. Abbas in c. Non est. De voto. Bonacina loco supra cit: n. 121. & n. 124.*

### COROLLARIUM III.

Ad potestatem solius Summi Pontificis spectat, Sanctos

Sanctos canonizare, [s.] Indulgentias plenarias, etiam pro defunctis fidelibus applicandas largiri, [t.] Cardinales creare, [u.] nouas Ecclesias Patriarchales, Metropolitanas, & Cathedrales erigere, [x.] Visitatores & Administratores, nouasq; Dignitates in ijs cōstituere, [y.] Episcopatus vnire, [z.] dividere, aut partē Diæcesis separare, & alteri Prælato inferiori eā subijcere; [a.] vni duos Episcopat<sup>9</sup> conferre, [b.] vel in vno Episcopatu duos ponere Episcopos, (c.) electiones sibi reseruare, ac ne absq; ipsius consensu fiant, prohibere; [d.] Electos confirmare, [e.] aut confirmandi eos, Priuilegium Primate specialiter concedere, (f.) Palliū Archiepiscopale dare, (g.) potestatem & Iurisdictionem Episcopalem, etiam in foro alterius exercendam impertiri, (h.) aut ab exercitio eiusdem suspendere, (i.) Episcopos iudicare, (k.) condemnare, (l.) restituere, & transferre, (m.) de eorum exemptione [n.] renuntiatione, [o.] mutatione, & translatione, cognoscere, [p.] alienationes rerum Ecclesiasticarum grauiorum admittere, [q.] Sacros Religiosorum Ordines & Instituta approbare, [r.] facultatem erigendi Monasteria Regularium permittere, [s.] & licentiam transeundi ad laxiorem Regulam, Regularibus dare, [t.] à Iurisdictione aliorum eximere, (u.) vtque exemptus suæ exemptioni licitè renunciare (x.) & simplex Sacerdos Confirmationis Sacramentū ministrare possit (y.) licentiam concedere, Causasque Ecclesiasticas Secularibus committere. (z.)

s. c. 1. De Relig: & vener: SS. Concil. Rom: sub Ioan XV.

De Reliq: & vener: SS.

t. Extrauag: com: c. Antiquorum. c. Vnigenitus. c. Etsi

Dominici. De Pœnit: & remiss: Concil: Constantien. Sess:  
vlt: in Constit: Martini V.

- u. Glos. in Clement: Ne Romani. V. Potestatis. De elect.
- x. can. Præcepimus. 16. Q. 1. Glos. in c. Cum olim. c. Sal-  
vator. De Præb: & dignit: Nicolaus ad Consult: Bulg.  
c. 3.
- y. In Extrauag: c. Ad cuiuslibet. De Præb: Gregorius I. Lib.  
2. Epist. 18. Ioan: VIII. Epist. 281. Concil. Triden: sess. 23.  
can. 8. c. vlt. De supplen: negl: Prælat: in 6. c. Is cui. De  
elect: in 6. Glos. in c. Cum olim. V. Concessimus. De consuetud.
- z. can. Postquam. can. Et temporis. cum sequen: 16. Q. 1.  
c. Sicut vnire. De exces. Prælat.
- a. c. un. De off. Deleg. Extrauag: Sedes Apostolica Ioan.  
XXII. De concess: Præb: ibiq; Glos. V. Diuidendas.  
Gregorius VII. Lib. 2. Epist. 55. & 67. Rota Decis. 324.
- b. can. Relatio. 31. Q. 1. c. Is cui. De elect: in 6
- c. can. Non autem ibiq; Glos. V. Vtrum succederet. 7. Q. 1. c.  
Quoniam. De off: Ord.
- d. c. Si eo tempore. De elect: in 6. can. Porrò scias. Dist. 63.
- e. can. Cantinensis. Dist: 61. Gregorius I. Lib. 4. Epist. 15.
- f. can. Cum longè. Dist. 63. Leo. III. Epist. 1.
- g. c. Antiqua. De Priuilegijs. Vigilus Epist: 6. 7. & 40.  
Pelagius. I. Epist: 6. & 7. Gregorius III. Lib. 4. Epist.  
8. 50. & 54. Ioan. VIII. Epist. 190.
- h. Clement: un: De foro competen.
- i. Gregorius I. Lib. 3. Epist. 15. Gregorius VII. Lib. 5.  
Epist. 18.
- k. Glos. in can. Præceptis. Dist. 12. V. Causatio.
- l. can. Quamuis. 3. Q. 3. can. Duodecim. 5. Q. 4.
- m. can. Ideo. 2. Q. 6. c. Inter corporalia. & c. Licet. De Translat:
- n. can. Frater. 16. Q. 1.

o. can.

- o. *can. Deniq. 6. Q. 3.*
- p. *can. Mutationes. 7. Q. 1. Glos. in d. can. Præceptis. U. Causatio. Gregorius. 1. Lib. 1. Epist. 37. & 79. Clemens II. Ep. un.*
- q. *Barbossa loco cit: n. 171.*
- r. *c. vlt. De Relig. Dom. in 6.*
- s. *c. un: De exces. Prælat. in 6. & c. un. De Relig: Dom. in 6.*
- t. *c. un. De Relig: Dom: in 6. ibidemq. Glos: U. Ordinarios. glos. in c. Cum singula. U. Canonicè. De Præb. in 6.*
- u. *Benedictus III. Epist: 1. Nicolaus 1. in append. Epist. 5.*
- x. *Abbas in c. 1. De Iudicijs. n. 19. & in c. Si de terra. De Priuilegijs. n. 5. ac in c. Significasti. De foro competen: n. 8. & sequen:*
- y. *Glos. in c. Quanto. De consuetud. U. Reservata. Barbossa citt: n. 159.*
- z. *can. Mennam. 2. Q. 4. ibiq. Glos. U. Arbitrio. Barbossa loco supra citt. n. 158.*

#### C O R O L L A R I V M I V.

Circa Beneficia & officia Ecclesiastica, S. Sedes Apostolica tantam habet potestatem; vt non tantum vacantia, etiam ad tempus, & sub conditione de futuro, conferre; [a.] ac in ijs conferendis cum Ordinarijs concurrere, eosque præuenire, [b.] verum etiam vacatura prouidere, & ius ad ea conferenda alijs concedere: [c.] Coadiutorias tam Episcopis, quam alijs Beneficiatis, cum futura successione, designare; [d.] in Beneficijs Iurispatronatus secularium, ante eorum præsentationem instituere, [e.] renuntiationes in fauorem alterius, vel cum reservatione fructuum, ex causa admittere, [f.] potestatem

E

statem, Beneficia sibi reseruata conferendi, alijs committere possit: qua commissione non obstante, si Papa alteri Beneficium conferat, collatio tenet; (g.) Papa verò mandante, vt prouideatur alicui de Beneficio, siue ad ipsum pertineat, siue ad aliũ; primum vacans conferendum. Quod si plura vacent, & vnum pertineat ad eum, cui fit mandatum, illud dare tenetur. (h.)

a. *Clement. Ut lite pendente. c. 1. Gregorius I. Lib. 3. Epist. 14. can. Pastoralis. 7. Q. 1. ibiq; Glos. V. Gubernare. c. Si gratiose. De Rescriptis. in 6. ibiq; Glos. V. A Romano Pontifice.*

b. *c. Si à sede Apostolica. De Præb. in 6. Rota Decis: 590.*

c. *Glos. in 6. Extrauag. Sedes Apostolica. Ioan: XII. De concess. Præb. c. 2. De Præb. in 6.*

d. *c. 1. De Clerico ægotan: in 6. Concil: Trid: ses. 25. cap. 7. De reformat:*

e. *Glos. in Clement: 2. De Præb. V. Apostolicis.*

f. *c. Deliberatione. c. Prohibemus. De off. Deleg: in 6.*

g. *c. Quamuis. De Præb. in 6.*

h. *c. Mandato. De Præb. & Dignita: in 6.*

### C O R O L L A R I V M V.

Acta Papalia, etiam ante Coronationem Papæ, nimirũ Prouisiones, Reseruaciones, Dispensationes, super Beneficijs incõpatilibus, super irregularitatibus, super impedimentis Canonicis, & prohibitis gradibus Matrimonij, ac alijs contra Ius positivũ, Iuri tamen Diuino, naturali, fidei, & vniuersali Ecclesiæ Catholicæ statui non repugnantes, valent (i.)

i. *Sixtus IV. Constit: Licet. can. Memoriam. Dist. 19: Glos.*

*Glos. in c. Olim. De U. S. c. Quia nonnulli. in Extrauag. De sent: excom: DD. in c. Venerabilem. Quia filij sint legitimi. Cardinalis de Laurea in Epitome Canonum. V. Papa. Barbossa loco citato. cap. 2.*

## CONCLUSIO V.

Summus Pontifex potestatem suam, etiam in temporalibus exercere potest supra omnes Principes Orbis Christiani (k.)

*k. alleg. Extrauag. Unam Sanctam. ibiq; Gloss: Clement: Pastoralis. De sentent. & re iud: can. In memoriam. Dist. 19. can: Cum ad verum. can. Satis euidenter. can. In scripturis. can. Si Imperator. can. Nunquam. Dist. 96. c. fin. De purg. vulg: Adrianus II. Epist. 15. Stephanus VI. Epist. 5. Concil. Rom. 2. Sub Sylvestro c. 20. Alexander VIII. 1690. 4. August.*

## COROLLARIUM I.

Papa inter omnes mundi Principes supremum habet Principatum & Monarchiam; estque Princeps Principum, (l.) cui Romani Principes iuramentum fidelitatis præstare, ac iurata fide polliceri tenentur, quòd eius, & S. Romanæ Ecclesiæ honorem, iura, possessiones, vtilitates ac necessitates, rueri, custodire, ac conseruare velint. (m.)

*l. c. Solitæ. De maiorit: & obed. Baldus. consil. 388. l. Princeps. Lib. 4.*

*m. c. Romani Principes. in Clement. De iureiurando.*

## COROLLARIUM II.

E<sub>2</sub>

Summus

Summus Pontifex Imperatores electos confirmat, coronat, defendit, ac ne quis sese imperio intrudat, excommunicat. [n.]

n. Ioan VIII. in Concil. Trien: Adrianus II. Epist. 18. 19. 20. 21. & 22. Extravag. Ad certitudinem. De sent: excom.

### C O R O L L A R I V M III.

Potest Summus Pontifex novos in aliqua Provincia Principes creare & constituere, [o.] iisdem malè gubernantibus dare Coadiutores, [p.] eos ad obseruantiam Iuris Canonici stringere, [q.] vt iustitiã administrent, illis præcipere, [r.] iniustas eorum sententias rescindere, (s.) neglectam ab ijs Iurisdictionem assumere, [t.] subditos eorum à iuramento fidelitatis absoluerè, [u.] ipsos verò nefariè & scandalosè viuentes iudicare, condemnare, deponere, vtq; in locum depositorum, alij eligantur, demandare. [x.]

o. Gregorius VII. Lib: 7. Epist. 4. Pelagius II. Const. 1.

p. c. Grandi. De supplen. negl: Prælat. in 6.

q. c. Licet. De iureiurando. c. Decernimus De sent: excom. c. 2. De foro competen: in 6.

r. can. Administratores. 23. Q. 5.

s. Clement: Pastoralis. De sent: & re iudi:

t. c. Licet. De foro competen:

u. c. Ad Apostolicæ. De senten: & re iudicata. in 6. Concil. Lugdunen: 1. gener. 13. Concil. Rom. 3. & 7. sub Gregorio VII. Gregorius IX. Constit: Rationalis. & Constit: sequen: Quia Fridericus.

x. can. Alias. 15. Q. 8. Gregorius II. Epist. 12. Gregorius VII.

*VII. Lib. 2. post Epist. 55. Lib. 7. Epist. 13. Lib. 8. Epist. 21. alleg. c. Ad Apostolicæ. De sent. & re iud: in 6. Gregorius VIII. Constit: vn. Beate Petre.*

*C O R O L L A R I V M I V.*

In causis decorem Catholicæ Religionis, aut bonum Christianitatis, vel forum Ecclesiasticum concernentibus, potest Summus Pontifex statuere, & exercere Iurisdictionem in Laicos Territorij alieni, & infligere pœnam priuationis bonorum. [y.]

*y. c. Consuluit. De appell. c. Ita quorundam. De Iudæis. Glos: 1. in c. Vergentis. De hæreticis.*

*C O R O L L A R I V M V.*

Summus Pontifex Principes cum Imperatore reconciliat, ad ineundam & conseruandam pacem componit, hortaturque, vt sumant arma contra inimicos Ecclesiæ. [z.]

*z. Alexander III Constit: 2. Quanta. Gregorius VII. Constit: Greg. can. Hortatu. can. Ut pridem. can. Suppliciter. 23. Q. 8.*





Sub Reſtoratu

*Magnifici, Perilluſtris, & Admodum Reuerendi Domini,*

**D. M. FRANCISCI,  
IOSEPHI,  
PRZEWOſKI,**

S. Theol: Doct̄oris & Profeſſoris, Collegæ Ma-  
ioris, Eccleſiarum Collegiatarum, SS. Omnium  
Crac: Præpoſiti, Scholaſtici Curelouienſis, ad S.  
FLORIANVM Canonici, Contubernij Hie-  
roſolymitani Prouiſoris, per Diæceſim Cracoui-  
enſem Ordinarij Librorum Cenſoris. S. R. M.

Secretarij, Almæ Vniuerſitatis Craco-  
uienſis Studij Generalis  
**RECTORIS.**

ni,

I,

I,

Ma-  
um  
H.S.  
ie-  
ui-  
A.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0012646

~~Spuesche nuntium de profectate omnium hominum~~

~~Christo Joannis~~